



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

26. Quia solâ erit opus oratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

exhortationes, & correptiones. Nemo enim his bene
in poterit, sine auxilio efficaci, quod non est in eius
potestate. Ita Lessius.

NOTA XXV.

Quia nature vires nunquam deprimuntur.

Alia ex causa Massilienses putabat super-
fluam fore exhortationem, correptionem,
& similia, ex eo quod Augustinus tra-
deret, ita per peccatum primi hominis prostratas
esse nature vires, ut nihil boni velle, aut
agere, aut periculum aeterna mortis timere
posset, nisi per gratiam bona ista voluntas in-
spiraretur. Unde stomachantes apud Hilarium
excludi putant omnem predicatiois vigorem, si mi-
hil, quod per eum exciteretur, remansisse dicatur. Et
paulo post: Afferunt inutilem exhortandi consue-
tudinem, si nihil in homine remansisse dicatur, quod
correctio valeat excitare.

Id ipsum refert sine luo recentiores: No-
luit, inquit Lessius, dare tantam gratiae copiam, ut
omnia sint natura facilia, ipsaque natura sit securae:
sed eam duntaxat mensuram, quae multum nobis re-
linquat sollicitudinem, ut animadversis a rei difficultate
& anticipis eventibus exciteretur naturam, eque vim in-
feramus, ut quantum potest gratia cooperetur. Hoc
sepe monet Scriptura, ut cum boni ad vigilan-
tiam, ad assiduum orationem, ad redimendum tenentem
ad caute ambulandum, ad operandum saluam et in as-
sure et tremore. Non decebat, ut vires natura a
creatore acceptae essent otiosae, & quasi passivae se ad
gratiae vires haberent, earum impulsu tantummodo
excitantes, & sinentes se ab illis moveri &c. In
quibus verbis tacite indicat, alioquin non re-
cte illis Scripturae monitiones fieri, nisi natu-
ra seipsam excitaret: nec attendit, huiusmodi
excitationes naturae, & sollicitudinis, & timores
esse unum ex primis & praecipuis gratiae
operibus praeventientis voluntatem. Ex quo fit,
ut ubi ipse se naturam excitare putat, ad
operandum gratiae, gratia e contrario praeventit
do naturam sopitam ac somnolentam,
eam ad cooperandum excitet. Nunquam hu-
iusmodi verbis quisquam gratiae intellectus
uteretur, nisi exillimaret, aliquid in natura
relictum esse, quod ipse tua diligentia ad gra-
tiam excitaret. Sed hoc ex illa opinione ve-
nit, qua putant hominem, quantum in se est
operando, multa facere, quae vere bona sunt,
quibus se postea in terponat gratia, ut ad su-
pernaturales actus perducatur. Hoc aperte
proferitur Molina, cuius de Gratia Lessio mirri-
fice probatur, ideoque de Scholastica Theologia
optime meritis pronuntiat. Nam in concor-
dia sua aperte proferitur, quo homines avidius,
sinceriorique animo veritatem cognoscere volunt, eo
plius a Deo vocari ad fidem, & illuminari. Quali
illa aviditas, & sincerus animus, & cog-
noscendi voluntas, non esset donum gratiae Dei.
Addit adhuc, ita se Deum accommodasse ho-
mini, ut sicut per gratiam hominis naturam ex se
liberam perscrubatur, ita etiam ante receptionem gratiae,
& in ipsa receptione gratiae, ac postea in augmento
illis, iuxta locum libero relinqueret arbitrio: quate-

nus ita ipse auctor esset omnium bonorum, omniaque
ei accepta referrentur, ut nihilominus libero arbitrio
propria industria, & laus servaretur. Ecce & an-
te receptionem gratiae libero relinquitur ar-
bitrio locus, ut ei industria & laus sua serve-
tur. Unde ulterius pergit, id ipsum afferens,
quod & Lessius de exhortatione dixit: Atque
praedicta omnia exigere videtur Deus a peccatore illius
verbis Zachariae, id est: Convertimini ad me, &
convertatur ad vos. Quasi videlicet Deus illis ver-
bis naturales liberae voluntatis conatus exige-
ret, quibus sese gratia postea insereret, prout
ibidem ex professo docet, & Massilienses ex
propria sui erroris professione statuebant.

NOTA XXVI.

Quia sola erit opus oratione.

Hinc ulterius Massilienses inferebant, tan-
tummodo orandum esse pro illis, qui
non recte vivunt, si totum est gratia. Nam &
istud ipsum, totum gratia dari, permoleste ferre
solebant. De oratione audi: Si non fecero, non
eo corripendus sum, sed ille orandus, ut dei quod
non dedit. Et mox: Cum ergo & ipsa voluntas a
Domino praeparatur, cur me corripis, quia vides me
eius praecepta facere nolle, & non potius ipsum rogas,
ut in me operetur & velle? Monachorum Adu-
metinorum verba sunt, quae a Massiliensibus
frequenter a quoque fuisse, Prosper ad Augusti-
num testatur.

Eadem quoque eandem ob causam propter
illa scilicet auxilia efficaciam ex praedestinati-
one profluentia, usurpant recentiores. Imo vero,
inquit Molina, dat & ea sententia, locus apertissime
datur errori illorum Monachorum, qui dicebant nemi-
nem corripendum esse, quod non operetur bonum, sed
orandum esse Deum, ut illi largiatur gratiam, auxi-
liumque efficiat, quo bene operetur. Sed non adver-
tit, arbitror, istas Monachorum accusationes
adversus gratiam, praesertim quoque Massi-
licentes, contentiosissime conclamando, fecisse suas,
ut jam ex Prospero sapius diximus.

NOTA XXVII.

Quia absurdum est, ut Deus petat ab ho-
mine fieri, quod ipse Deus per talem
gratiam debet facere.

Istud quoque perabsurdum esse Massilien-
bus videbatur, quod Deus ab homine praeci-
piendo aut exhortando peteret id, quod ipse
dare deberet. Hinc Monachi Adumetini,
quorum omnes querelas tanquam iustissimas
Massilienses quoque amplexos esse, Prosper
tradit, valde serio quebantur: Ut quid nobis
predicatur, atque praecipitur, ut declinemus a malo
& faciamus bonum si nos nos non agimus, sed id velle
& operari DEVS OPERETUR in nobis? Et
Augustinus ex similibus persona ad eisdem
istos Monachos: Quare iubet, si ipse daturus
est? Quod statim solvit, quia dat quod iubet,
cum adiuvat, ut faciat cui iubet.

Simili prolixo modo Lessius siculneam
hauc

Hilari. Epist. ad Aug.
L. 1. c. 2.
L. 1. c. 7.
L. 1. c. 11.
L. 1. c. 12.
L. 1. c. 13.

Molina ibid.
Apost. Aug.
lib. de Cor.
& grat. c. 21.

Mol. q. 28
a. 13. disp. 53.
mem. 2.

In periecho
trah. ante
lib. de grat.
Molina q. 14.
a. 13. disp. 9.

In Epist. ad
Aug.
Lib. de Cor.
& grat. c. 25.
Lib. de grat.
& lib. arb.
c. 15.